

L. finali. 15. tempus debet appellare, ac determinare unum judicem designatum, l. finali. C. de temp. appellat. Idem etiam dicendum est, si dicatur appello ad Generalem, vel ad quemlibet alium judicem competentem.

15. Quinto: Quantum ad formam essentialem appellationis considerandum, an appellatio sit à sententia definitiva, vel ab interlocutoria, si à sententia definitiva, non requiritur, ut exprimentur gravaminis causæ in specie, sed fat est in genere, dicens sententiam esse in iustam, absque alia causa, l. 2. ff. de appellat. Nec opus est ut appellatio fiat in scriptis, cum fiat illico, ac continenti, si tardat, fieri debet in scriptis, aliàs non valet l. 1. libelli, ff. de appellat. de quo cum Franco, & aliis Sanchez lib. 3. consilior. cap. unico, dub. 32. n. 180

L. 2. ff. L. 1. libelli. Sanch. 16. At verò si appellatio fiat ab interlocutoria, debet fieri in scriptis, gravaminisque causæ necessariò exprimentur, sive appellatio sit judicialis, sive extrajudicialis, cap. Ut debitis de appellat. Ita Sanchez citatus cum Miranda, Navola, & aliis à num. 180. usque 199. Qui notant ad valorem appellationis non requiri, quòd scriptura appellationis legatur coram iudice à quo, sed fat est illi præsentari, cap. Appellatio de Appellationibus, in 6.

C. ut debitis. Sanchez. Miranda. C. Appellat.

QUÆSTIO III.

In omni Appellatione petendi sunt Apostoli?

SUMMARIUM.

- 17 Quid in presenti significent Apostoli.
18 Apostoli in presenti in quanto sint numero.
19 Appellans tenetur petere Apostolos intra triginta dies.
Quid faciat appellans si iudex non vult dare, ibid.

17. IN omni appellatione petendi sunt Apostoli sæpè, sæpius, ac sæpissime, id est litteræ testimoniales testificantes de facta appellatione, hujusmodi autem litteræ, quas unus iudex ad alium dimittit; dicuntur Apostoli, sicut dicimus de Apostolis, quia à Deo, vel de Cælo missi fuerunt; ut explicat Glossa ad cap. 1. de Appellat. in 6. in idem recidit, quod scribit Spiegel in Lexico juris Civilis, quòd tales litteræ dicuntur Apostoli, à verbo Græco, quòd est remittere.

18. Ex his Apostolis quidam sunt testimoniales, tanquam dati in testimonium; & testificationem appellationis, Alii sunt conventionales, tanquam ex conventionione, vel pacto initi. Alii sunt reverentiales, & dimissorii, & dantur ob reverentiam iudicis superioris ad quem appellatur; ut explicat proximè citata Glossa. Alii sunt refutatorii, quando scilicet iudex expressè denegat appellationem, eamque refutat; de quibus latè Sigism. Scac. de appellat. quest. 13. à principio, Gravari. de commission. part. 1. de commiss. Appellatio, cap. 1. n. 15. Suarez à Pace in proem. 1. tom. 6. part. n. 42.

19. Appellans tenetur petere Apostolos intra

triginta dies à tempore, ac die intimatæ sententia. Cap. ab eo de appellat. n. 6. & Clementi. Clementi. Quamvis, eodem titulo. Juncta Glossa verb. tempore. Et si iudex requisitus renuerit dare Apostolos, vel noluerit respondere appellans debet id protestari, & tunc protestatur suam appellationem, ac si dicti Apostoli ei fuissent dati. Tuscus littera A. conclus. 429. & si iudex noluerit dare Apostolos, Secretarius sub peccato mortali tenetur dare fidem de hac re, ac de appellatione facta; Ut jam notavi quest. 3. §. Tertio requiritur n. 11.

QUÆSTIO VI.

An appellatio licita sit Regularibus?

SUMMARIUM.

- 20 Appellatio prohibita est Religiosis, & etiam interponens eam incurrit in excommunicationem.
21 Interveniens manifesto gravamine iusta est appellatio.
22 Appellatio cum sit de jure natura nemini negari potest.
23 Opponuntur multa constitutiones Apostolica.
24 Prædictæ constitutiones intelliguntur de appellatione frivola, non verò ex injusto gravamine.
25 Opponuntur constitutiones Religionum.
26 Prædictæ constitutiones intelliguntur de appellatione à disciplina Regulari. Quando datur gravamen, contra disciplinam Regularem.
27 Appellatio inservit ad refranandum iudicem.

CERTUM est in materia, quòd Religiosus non potest appellare à disciplina Regulari, quæ tunc datur, quando Prælati iustè procedit infligendo poenam taxatam in regula, vel constitutionibus Ordinis, & hoc casu nulli fit injuria, nulloque gravamen, & talis appellatio non solum prohibita est in jure, cap. Ad nostrum de appellat. & c. Reprehensibilis eod. titul. Sed etiam eam interponens incurrit in excommunicationem Papæ reservatam, & in privationem vocis activæ, & passivæ ipso facto absque alia declaratione, ut concessit Clemens VIII. nostris Patribus ex calceatis; ut refert Pellizar. tract. 6. cap. 7. n. 45. Tota difficultas est, quando prudentialiter loquendo subdito fit injuria, & gravamen à Prælato; quo casu.

Dico, quòd interveniens manifesto gravamine licita est Religioso appellatio à sententia sui Prælati ad superiorem verbi gratia Generalem, Nuntium, vel Papam per modum querelæ. Resolutio est omnium ferè communis, eam tenent Glossa, Panormitan. Decius, Innocentius, Hostiensis, Joannes Andreas ad Panorm. citatum, cap. de Priore & ad nostrum de appellat. Baldus, Bartol. Sylvester, Armilla, Tabiena Fr. Ludovicus Lopez, quos referunt, & sequuntur Navarrus, Rodriguez, Sanchez, Sayrus: quos citabimus ad 1. argument. cum Suarez tom. 4. de Sylvest. Relig. lib. 2. c. 11. n. 5.

Probatur,

22. Probatur: Quia appellatio est quædam defensio naturalis data ex jure naturæ omnibus tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis, cap. Omnis oppressus 2. quest. 6. cap. Cum inter de exceptionibus, latè ibi Glossa, Panormit. Decius, & alii. S. Thomas 2. 2. quest. 69. art. 3. Ergo cum appellatio data sit ex jure naturæ, nemini negari potest: Et confirmatur ex jure Canonico, c. de Priore, de appellationibus. Ubi Summus Pontifex castigationem imposuit cuidam Priori, eo quòd non acceptaverit appellationem Religiosi cujusdam sui subditi, & præcepit causam devolvi ad Sedem Apostolicam, ad quam appellatum fuerat. Confirmatur ex usu Christiani totius orbis, in quo Religiosi frequenter in multis causis ad suos superiores appellant.

23. Opponunt adversarii Primò: Multas constitutiones Apostolicas, quibus Summi Pontifices sub excommunicationis poena, & aliis prohibent Religiosis appellationem. Ut Bonifacius VIII. Minoribus, & Prædicatoribus; ut habetur in compendio, verb. Appellare, n. 1. Sixtus IV. Carmeliticis, & Augustinianis ibid. verb. General. n. 11. & 12. Patribus D. Benedicti, Eugenius IV. Cisterciensibus, Alexand. IV. Patribus Societatis, Paulus III. Julius II. Clemens VIII. & alii Pontifices.

24. Respondeo, quòd Summi Pontifices prohibent tantum appellationem frivola, quando nempe Prælati iustè, & rectè secundum regulam, ac constitutiones Ordinis procedit, quia talis appellatio solum inventa est ad impediendam disciplinam regularem, quòd omnino contrarium est bono regimini, ac rectæ rationi; at verò quando appellatio procedit è gravamine injustè illatè à Prælato, tunc nec prohibetur, nec denegatur, est enim ex jure naturæ quòd est immutabile. Ita communiter Navarrus, Covarr. Sylvester, & alii, quos citant, & sequuntur Rodriguez tom. 1. q. 29. art. 2. & 3. Mirand. in Ordine judiciario, q. 3. art. 2. Sanch. tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 8. n. 110. Azor. lib. 12. cap. 11. quest. 8. Sayrus Clavis Regia lib. 12. c. 17. num. 38. & 39. Villalobos tom. 2. tract. 16. diff. 2. numero 5. & 6. Portel. in dubiis, verb. Appellare, num. 1. Remigius in opusculo de immunitate Professionis, dub. 25. num. 26. Joannes de S. Maria, in Tribunali Relig. tract. 5. c. 10. §. 1. num. 3.

25. Secundo opponunt multas constitutiones sacrarum Religionum, quæ magnis poenis intercludunt appellationem, & constitutiones Minorum in lib. Monumenta Ordinis fol. 125. Prædicatorum verò ex quodam, cap. generali in suis constitution. dist. 2. & refert Armilla verb. Accusatio, Carmelitarum in suis constitut. part. 3. c. 3. Similiter Augustinianorum, & aliarum Religionum.

26. Respondeo cum Sanchez citato Joanne à S. Maria, etiam citato Fragofo de statu Relig. c. 28. num. 19. Quòd Religionum statuta, ac decreta explicanda sunt de appellatione frivola, non verò de illa, quæ est à manifesto gravamine, quia tunc ex jure naturali est licita. Deinde constitutiones solum prohibent appellationem à disciplina Regulari, ex quo optime notat Suar. tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 11. num. 11. & ait, Religiosorum regula non prohibens appellationem, nisi à correctione regulari,

27. Tertiò opponunt, quòd maxime appellatio indecens est Religiosis, inde enim oritur, quòd causæ extra Religionem procedant, Religiosorumque defectus in sæcularium oculis fiat manifesti, concedimus, quòd argumentum probat, ut notat Aragonius 2. 2. quest. 69. Aragon. art. 3. Quòd appellatio in levi causa non sit permittenda, sed magno fundamento ad gravæ damnum evitandum, ut advertit Menochius de Arbitrar. lib. 2. casu 368. num. 2. Ad tutelam nempe Innocentis, & ne graves causæ multorum Religiosorum pereant; & ut reprimatur pravus affectus iudicis, ac ut oculos aperiat, & dirigat mentem ad legem, & inde multa damna evitentur, l. 1. ff. de appellationibus Et maxime in Religionibus, ut notat supra citatus Navarrus, cum frequenter fiant electiones, quarum respectu ad creanda, vel annullanda suffragia sæpè magni sunt excessus.

quando autem puniitio gravis est, & cum manifesta injuria, non potest dici correctio regularis. Sed potius correctio contra regulam. Deinde constitutiones Ordinum semper concedunt appellationem ad Generalem, ac Dominum Papam, & inde etiam ad Nuntium, ac Cardinalem Protectorem, qui cum ipso Papa faciunt unum Tribunal, & merito reputantur tribunalia Regularium, ut notat M. Lezana tom. 1. c. 9. n. 6. Thomas de Jesu de usit. Regul. tract. 3. c. 17. num. 7. Lezana. Thomas de Jesu.

28. Religiosi multa injuria gravati non possunt recurrere ad tribunalia secularia.
29. Religiosus gravatus si non datur locus appellationi, verbi gratia quia superior longè distat, tunc potest fieri recursus ad Principem sæcularem per modum querelæ, ac protectionis. & n. 30.
31. Religiosi possunt appellare ab aliis Prælati non regularibus, etiam in casibus, quibus subdantur.
32. Moniales appellantes Regularibus subiecta incidunt in censuras.
33. Regulares non possunt appellare ad tribunalia Ecclesiastica, quibus non subdantur, verbi gratia Episcoporum.
34. Regulares gravati possunt appellare ad suos superiores, & Papam. Si dantur indulgæ, quod non valeant appellare etiam ad Papam, intelliguntur de appellatione frivola.

QUÆSTIO V.

Ad que tribunalia, ac iudices liceat Regularibus appellare, ac recurrere?

SUMMARIUM.

28. Religiosi multa injuria gravati non possunt recurrere ad tribunalia secularia.
29. Religiosus gravatus si non datur locus appellationi, verbi gratia quia superior longè distat, tunc potest fieri recursus ad Principem sæcularem per modum querelæ, ac protectionis. & n. 30.
31. Religiosi possunt appellare ab aliis Prælati non regularibus, etiam in casibus, quibus subdantur.
32. Moniales appellantes Regularibus subiecta incidunt in censuras.
33. Regulares non possunt appellare ad tribunalia Ecclesiastica, quibus non subdantur, verbi gratia Episcoporum.
34. Regulares gravati possunt appellare ad suos superiores, & Papam. Si dantur indulgæ, quod non valeant appellare etiam ad Papam, intelliguntur de appellatione frivola.

Dico in hac re, quòd regulares etiam multa injuria gravati, non possunt appellare, nec recurrere ad tribunalia secularia, & ad iudices sæculares, & ita facientes incurunt in excommunicationem Papæ reservatam. Ita pro Franciscanis concessit Bonifacius VIII. Sixtus IV. pro Carmelitis, & Augustinianis Julius II. pro Prædicatoribus, ut

Navarrus. Covarr. Sylvest. Rodrig. Miranda. Sanchez. Azor. Sayrus. Villalob. Portel. Remig. Joan. à S. Maria. 25. Monumenta Ordinis. Armille. Constitut. Carmelit. 26. Sanchez. Joannes à S. Maria. Suarez.

L. 1. de Ap. pel. Navarr.

28. Bonifac. Sixtus. Julius. Casarrub. ut

ut refert Cafarubias in compendio Privilegio- rum Mendicant. verb. Appellare: ubi etiam adducitur alia constitutio Gregorii XIII. motu proprio rigide talem appellationem mi- noribus prohibens; ita etiam Peyrinis de sub- ditio, quest. 1. cap. 20. §. Dico quartè, M. Lezana tom. 1. cap. 9. num. 4. Imo tales Regulares ap- pellantes ad tribunalia secularia incurrunt in censuras Bullæ Cœnæ, ut tenent Mirand. Rodrig. & alii cum Bordonio num. 2. Refol. 94. nam. 27. & Suar. tom. 3. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 13.

Hic tamen loquimur de appellatione pro- prie dicta, quia ut docent Fuscus, & Valacus, Zevallus, Bobadilla, quos citat, & sequitur Portel, in addition. ad dubia num. 3. Ubi etiam dicit hoc esse de mente Suarii; nam si Reli- giosus notabiliter sit gravatus, & non datur appellationi locus, sive quia talis appellatio non admittitur, sive quia superior ad quem recurrendum sit, non adest, vel longè distat; tunc potest recurrere ad Principem sæcula- rem, Præregem, seu Governatorem, non per modum appellationis tanquam ad judicem legi- timum, sed per modum querelæ, ac prote- ctionis querendæ, ut tantum gravamen, ac malum evitetur, & ut etiam cohibeat Præla- tum injustè sævientem, & hoc præter Docto- res citatos tenent Magister Anton. de Souza in Bullam Cœnæ, cap. 15. disp. 78. n. 2. Delbene tom. 2. cap. 9. dub. 6. sect. 1. num. 13. Et hoc vi- deo esse in praxi in Portugalia, ac Hispania.

Probatur, quia non est novum in jure Ca- nonico, ut ad Principem sæcularem fiat recur- sus pro gravamine Ecclesiæ factò, nam cap. filiis, vel nepotibus 16. quest. 7. Disponitur, ac definitur, quòd quando Ecclesiastici, Episco- pi, vel Metropolitanì bona Ecclesiæ dissipave- rint, ac defraudaverint, hoc deferatur ad Regem, ubi Glossa, verb. Regis, ait id facien- dum esse, ut Rex Ecclesiasticum corrigat; quia per Ecclesiasticum judicem corrigi non potest, juxta cap. Petimus, 11. quest. 1. Deinde quia jus Pontificium non derogat jus natura- le, jus autem naturale præcipit ut quis de- fendat innocenter oppressum, ac vexatum, imò & tenetur si defendere potest; quòd vi- detur habere locum in præsentì casu per res- pectum ad Principem.

Dico secundò, quòd Regulares possunt ap- pellare ab aliis superioribus non regularibus, verbi gratia, ab Episcopo eos puniente in casu permissò, verbi gratia, si Religiosus absque licentia sit vagabundus extra claustrum, juxta Concilium Trident. sess. 25. cap. 4. de Regula- ribus. Ita tenet Pellizar, tract. 6. cap. 7. num. 57. Et probatur, quia jura, quæ prohibent Re- gularibus appellationem, agunt tantum de appellatione à Prælati Regularibus, & inde non sunt extendenda ad alios superio- res, cum hoc sit res odiosa non solum Religiosis in particulari, sed etiam univer- sã Religionì, ut est manifestum. Deinde rationes, ob quas appellatio prohibita est Religiosis, aequaliter non militat quoad alios superiores, ut consideranti patebit, & ubi non militat eadem ratio, non stat eadem juris dispositio.

Ex quibus sequitur, quòd prohibitio non appellandi comprehendit moniales, si sint sub-

jectæ Prælati Regularibus; secus si sint sub jurisdictione Episcopi; & ratio diversitatis constat ex proximè dictis, quia jura tantum prohibent à Prælati Regularibus: atqui ta- les superiores monialium exemptarum verè sunt Prælati Regulares; ac proinde ab eis ap- pellantes comprehenduntur in citatis juribus. Quæ ratio non habet locum quoad Episcopos, cum ipsi non sint Prælati Regulares diximus quoad alios Religiosos exemptos.

Dico tertio: Regulares etiam gravati non solum non possunt appellare ad tribunalia secularia, sed etiam nec Ecclesiastica, verbi gratia, Episcoporum, quibus non subduntur. Ita Valentia, Sotus, Rodriguez, & alii, quos citat, ac sequitur Lezana verb. Appellare, n. 6. Et probatur, quia nemo potest appellare nisi ad suum superiorem; non est autem superior, nisi ille, qui habet jurisdictionem respectivè; at talia tribunalia etiam Ecclesiastica, ut Episco- pi, verbi gratia, nullam habent jurisdic- tionem in Religiosos, utpote exemptos, ut sunt fere omnes; ergo nullus est ibi locus ap- pellationi, quæ non solum est invalida, sed etiam prohibita sub excommunicatione ipso facto incurrenda, in quam incidunt Regula- res ad tales etiam suos conservatores ap- pellantes ex constitutionibus Bonifacii IX. Leo- nis X. apud Confertium in collectanea Bullar. Leonis X. num. 10. Adverto tamen, quòd per hoc non tollitur, quominus Religiosus possit recurrere ad Prælatos Ecclesiasticos, non ad petendam actionem juridicam, sed intercessio- nem, ut Prælati cum justo moderamine se habeat.

Dico quartò, quòd Religiosus gravatus à suo Prælato contra formam regulæ ac suarum constitutionum valide, & licite potest ap- pellare ad suum superiorem Provincialem, vel Generalem, & etiam ad Papam, vel Nuntium. Hæc conclusio satis probata est, quæstione antecedenti propria enim defensio est de jure naturali, ne innocens pereat; si verò aliqua Religiones, ut Cistercienses habent indulta Pontificia, quibus sub pena excommunicatio- nis prohibentur appellare à suis Prælati, etiam ad Papam, vel ejus legatum, hoc in- telligitur de appellatione frivola, & sine fun- damento, ut eadem quæstione antecedenti est explicatum.

QUÆSTIO VI.

De Tuitivis, ac appellationibus ad judices Coronæ ut vulgo dicuntur?

SUMMARIUM.

- 35 Quid sit Tuitiva, & cui spectet illam concedere.
36 Prima sententia negativa.
37 Affirmant aliqui.
38 Praxis Regni Lusitania, nec exemplum ad- ductum ab adversariis aliquid probat.

Tuitiva datur ex mera gratia, & est in- stituta ad depellendam injuriam, & gravamen illorum Regis subditis, Proprium enim

33.

Valentia. Sotus. Rodrig. Lezana.

Bonifac. IX. Leo X. Contrarius.

34.

Gregor.

Peyrinis. Lezana.

Miranda. Rodrig. Bordon. Suar.

29. Fuscus. Valacus. Zevallus. Bobadilla. Portel.

Souza. Delbene.

30.

Cap. filiis.

Glossa.

C. Petimus.

31.

Trident. Pellizar.

32.

quos sub restitutione acceptare justam ap- pellationem, ac querelam subditi.

Cabedo. 36. Azor.

Suar.

Barbosa. Delbene.

37. Fr. Anton. ab Spiritu S.

Oliveci.

38.

Praxis. Lusitaniz.

enim Regum est ex jure naturali occurrere violentiis, ac excessibus suorum vassallorum, talesque excessus, reprimere, suosque tueri, ac custodire. Ita Cabedo part. 1. disp. 76.

An talis modus defensionis per tuitivam liceat Regularibus, dubitatur, negant Azor. part. 1. lib. 5. cap. 12. vers. ex dictis cum sequen- tibus; Suarez lib. 4. contra Regem Angliæ, cap. 34. num. 34. & alii, quos citant, ac sequun- tur Barbosa in collectan. Doctorum, ad cap. Ec- clesiæ Sanctæ Mariæ de constit. & Delbene tom. 2. cap. 9. dub. 6. sect. 1. num. 23. Talis enim recursus ad judices coronæ maximè videtur repugnare cum libertate Ecclesiastica, & hoc revera est recurrere ad tribunalia secularia, quod maximè est prohibitum, ut patet ex su- periori quæstione.

Magister Fr. Antonius ab Spiritu sancto in directorio, tom. 2. tract. 3. disp. 6. sect. 3. §. 6. n. 777. ait: Hunc modum defensionis quem tuitivam vocant, vidimus his nostris temporibus in Ro- mana Curia approbatum in judicio contra- dictorio in causa cujusdam tuitivæ, quam Fra- tres Provinciæ Matris Dei in Indiis Orienta- libus impetrarunt adversus suum commissari- um pro defensione creationis novæ Provin- ciæ, in quo casu Romæ fuit judicatum tuiti- vam licite fuisse impetratam à judice seculari Regiæ Coronæ, & validam fuisse, ut testatur Fr. Emmanuel à monte Oliveci in practica Re- gulari part. 2. art. 7. num. 495.

Praxis tamen hujus Regni est accedente Regio Decreto Regis Joannis I V. in pleno Senatu, vulgò, Rolacam, die 7. Octobris 1651. ut Religiosus particularis, ob pœnitentiam im- positam à suo Prælato, & ab eo appellans, & recurrans ad judices Coronæ non admittatur, nec ei concedatur tuitiva, quia hoc est ap- pellare à disciplina regulari, quod maxime jura intercludunt, maximeque repugnat libertati Ecclesiasticæ; decori, ac auctoritati Religio- nis suæ, cui unusquisque ex omni jure tenetur consulere, ac attendere, illud autem quod dicitur de tuitiva adversus commissarium pro defensione creationis novæ Provinciæ, non facit ad rem; quia talis tuitiva adversus Præ- latum non fuit ob disciplinam regularem, nec ob pœnitentiam ab ea impositam, sed ob con- servationem, & integritatem suæ Provinciæ, ne divideretur, quòd ex multis capitibus po- terat repugnare Religionis bono, & hoc in- convenienter bene possunt Religiosi appellare, ac recurrere ad judicem Coronæ, à gravami- ne factò à judice extraneo sive seculari, sive Ecclesiastico.

QUÆSTIO VII.

An subditus injustè gravatus teneatur appellare ad superiorem, & an etiam superior teneatur acceptare talem appellationem?

SUMMARIUM.

- 39 Cum de bono fama, ac honore agitur, tene- tur Religiosus sub mortali appellare.
40 Superior tenetur sub mortali, imò juxta ali-

Quæstio duas habet partes: & prima in- quirat, an Religiosus injustè gravatus à suo superiori teneatur in conscientia ap- pellare, cum existimet appellationem futuram esse utilem vitæ suæ, famæ, honori, vel auctorita- ti suæ. Resolutio affirmativa colligitur ex Sa- las. laz de leg. disp. 15. sect. 7. num. 93. & hi adha- ret Baldel. lib. 5. disp. 44. num. 34. Et ex eo hoc fit manifestum, quia non debemus prodigere vitam nostram, nostramque famam, ac hono- rem; ex quo dixit D. Augustinus libro de bono viduitatis, cap. 22. Contentiam nostram esse necessariam nobis famam proximis; ac proin- de crudelem esse, qui propriam famam con- temnit. Et hoc fortius militat, si dicamus quòd nostra fama necessaria est bono com- muni, vel alicui familiæ, quia tunc non solum de nostro, sed de aliorum damno agitur.

Secunda pars quæstionis est, an superior teneatur admittere appellationem, quam inferior iusta querela interponit? Respondeo teneri sub peccato mortali; imò & sub resti- tutione parti læsæ, vel facere inter partes compositionem. Ita Decius, & Francus, c. Decius. de Priore de appellation. B. c. quasi. 253. num. 3. Navar. in manuali, cap. 25. num. Rodriguez tom. 1. quest. 29. art. 4. Probatur; quia judex, vel superior tenetur ex officio adesse suo inferiori iustè, & debite ad eum confugienti, aliàs no- tabile damnum ei infert.

QUÆSTIO VIII.

Quosnam effectus producat Appellatio?

SUMMARIUM.

- 41 Explicantur duo effectus appellationis, & Ordinationes Regni Lusitania.
42 Si verò judex non admittit appellationem, quia frivola, an valeat procedere?
43 Praxis Religionum, Prælati procedit.
44 Valdè probabile jure Canonico, quòd appel- latione frivola non impediatur jurisdictio judicis à quo.

Interposita appellatione duo producuntur effectus, primus devolutivus, quo cogno- tione causæ ad judicem ad quem devolvitur, cap. delictis, cap. ut debitis de Appellat. Secun- dus est suspensivus, quo sententia suspen- ditur, non tamen extinguitur, cap. venientes de jurejurando: ex quo procedit, quòd ratio- ne prioris effectus litigans eximitur à jurisdic- tione judicis à quo quantum ad illam cau- sam, & subicitur judici ad quem, cap. ad audientiam de appellationibus. Sic etiam ratio- ne secundi effectus, ligantur manus judicis à quo, totaque ejus jurisdictio suspenditur absque alia inhibitione, ita ut appellatione pendente nihil valeat innovare: de quo latè Sanchez lib. 3. consiliorum, cap. unico disp. 22. nu. 27. Hocque, explicat aliquibus limitationi- bus adhibitis. Tamen nostræ Regiæ Ordina- tiones Lusitaniz lib. 3. tit. 73. Statim in prin- cipio, disponunt quòd interposita appellatio- ne,

39.

Baldel.

40.

Decius. Francus. Navarr. Rodrig.

41.

C delictis.

C. ut debitis. C. venientes.

sanchez.

ne,